

trigesimusquartus

ergo iuncta cōmendatio officinae est. Nec pudet tribunorum militariū salariis emere cū ipsum no-
men a candelarum lumine impositū appareat. Accensi candelabri talis fuit: ut auctor est Dion iussu p-
conis Clesippus fullo gibbere & præterea alio scædus aspectu fabricatus est: emente id Gegania fester-
tiis. I. eodemq; ostentante in conuiuio emprū ludibrii causa nudatus: atq; impudentia libidinis rece-
ptus in torum mox in testamentū prediues minimū uice illud candelabrū coluit: & hanc corinthiis fa-
bulā adiecit: uindicatis tamē moribus nobili sepulchro: per quod æterna supra terras Geganiæ dede-
coris memoria duraret. Sed eū esse nulla corinthia candelabra cōstet: nomē id præcipue in iis celebra-
tur: quoniā Mummiū uictoria corinthū quidē diruit: sed cōpluribus achaia oppidis simul æra disper-
sit. Prisci limina eria ac ualvas in templis ex ære factitauerunt. Inuenio & a Cn. Octauio qui de perseo re-
ge nauale triumphum egit factum porticum duplicē ad cyrcum flaminiiū: quæ corinthia sit appellata
a capitulis æreis columnarum. Vestæ quoq; ædem ipsam syracusana supficie tegi placuisse. Syracusa-
na sunt in Pantheo capita columnarū a. M. Agrippa posita. Quin etiam priuata opulentiā e o mō usur-
pata est. Camillo enim crimini obiecit. Sp. Caruilius quaestor: quod ærata hostia haberet in domo
Nam triclinia ærata abacosq; & monopodia Cn. Manium asia deuicta primū inuexisse triūpho suo:
quem duxit urbis anno quingentesimo sexagesimo septimo. L. piso auctor est. Antias quidē. L. Cras-
sum hæredē. L. Crassi oratoris multa etiā trichina ærata uēdidisse. Ex ære factitauerunt & cortinas triplo-
dū nomie delphicas: quoniā donis maxime Apollinis delphici dicebat. placuere & lychni pensiles i
delubris: arborē modo mala ferentiū lucentes. Qualis est in tēplo apollinis palatini: quē Alexāder
Thebæ expugnatione captū i cyma dicauerat eidē deo. Trāsit deinde ars ubiq; uulgo ad effigiē deorū.

Quando primum simulacrum Romæ factum: & de origine statuarum & honore statuarum: &
generibus: & figuris.

Cap. iiii.

Romæ simulacrum ex ære factū Cæteris primum reperio ex peculio. Sp. Cassii: quem regnū
affectantem pater ipsius interemerat. Tranxit & ab diis ad hominum statuas: atq; imagines
multis modis. Antiqui pingebant eas bitumine: quo magis mirum est: placuisse auro inte-
gere. Hoc nescio an romanū fuerit inuentū. Certe etiam romæ non habet uetustatem. Effigies homi-
num non solebant exprimi nisi aliqua illustri causa ppetuitatē merentiū: & primo sacrorū certaminū
uictoria: maximeq; olympiæ ubi omnium qui uicissent: statuas dicari mos erat. Eorum uero qui ter ibi
superauissent: ex membris ipsorum similitudine expressa: quas iconas uocant. Athenienses nescio an
primi omnium Harmodio & aristogitoni tyrannicidis publice p fuerint statuas. Hoc actum est eodē
anno: quo & reges Romæ pulsi. Excepta deinde res est a toto orbe terrarū humanissima ambitione.
Et iam omnium municipiorū & fori statuarū ornamentū esse cœpere: prorogariq; memora hominū
& honores legi æuo & basibus inscribi: ne in sepulchris tantū legerentur. Mox forum & in domibus
priuatis factum atq; in atrijs. Honos clientium instituit sic colere patronos.

De statuis & quibusdam aliis: & quibus primum in columna: & quando rostra: & quando pri-
mum publice: & quæ primum statuarū romæ.

Cap. v.

Rogata effigie antiquitus statuarū dicabantur. placuere & nudæ tenentes hastam ab ephēbo-
rū gymniciis exemplaribus: quas achilleas uocāt. Græca res est nihil uelare. At cōtra roma-
na ac militaris thoracas addere. Cæsar quidē dictator loricatā sibi dicari in foro suo passus
est. Nam lupercorū habitu factæ tam nouiciæ sunt: q; quæ nuper p didere penulis indutæ. Mancinus
eodem habitu sibi instituit quo deditus est. Notatū ab auctoribus & L. actium poetam in camæna
rum æde maxima formam statuā sibi posuisse: cū breuis admodū fuisset. Equestres uero statuarū mō ro-
manam celebrationem habent: orto sine dubio a græcis exemplo. Sed illi celatas tantū dicabant in
sacris uictores. postea uero & qui bigis uel quadrigis uicissent. Vnde & nostri currus nati in iis q; triū-
phauissent. Serum hoc in iis non nisi a Diui augusto seiuges: sicut & elephantū. Nō uetus & bigarū ce-
lebratio in iis qui prætura functi curru uecti essent per cytrum. Antiquior columnarū: sicut. C. Menio
qui deuicerat priscos latinos: quibus ex scedere tertias prædæ popul. Ro. præstabat. Eodēq; in cōsula
tu in suggestu rostra deuictis antiatibus fixerat anno urbis. cccxvi. Item. C. Duilo qui primū nauale
triumphum egit de pœnis: quæ est etiam nun in foro. Item. p. Minutio præfecto annonæ extra por-
tam tugeminam unciaria stipe collata. Nescio an primo honor talis a populo. Antea enim a lenatu
erat præclara res: nisi friuolis cœpisset imitus. Nanq; & acti nauis statua fuit ante curiā: cuius basis cōfla-
grauit curia incensa. P. Clodii funere. Fuit & Hermodoni ephēlii in comitio legū: q; decemuiri scri-
bebant: interpretis publice dicata. alia causa & alia auctoritas maior i Oratii cochitis statua: quæ durat
hodieque: cum hostes a ponte subleicio solus arcuisset. Equidē & Sybillæ tres iuxta rostra sunt: mino-
res sint licet. Vna quæ pacuuius Taurus ædilis plebis instituit. Duæ quas. M. Messalla primas putare
has & atti nauis positas ætate Tarquinii prisci: nisi regum antecedentium essent in capitolio.

C ii

Tribu-
natū
milita-
rem.

Auctio

Lychi-
michi
ex anti-
qs exē-
plarib'